

Epigramma

Pauperibus sua dat gratis, nec munera curat
 Curia Papalis, quod modo perspiciamus
 Laus tua, non tua Sors, virtus, non copia rerum
 Scandere te fuit culmen ad excimium
 Conditio tua Sit stabilis, nec vivere parvo
 Tempore te faciat, sic Deus Omnipotens.

Palinodia

Perspiciamus modo, quod Papalis curia curat
 Munera, nec gratis dat sua pauperibus.
 Excimium ad culmen fuit te scandere Urbum
 Copia, non virtus, sors tua, non tua laus.
 Si Deus omnipotens faciat te tempore parvo
 Vivere, non stabilis sit tua conditio

